

Collectio Programmatum Frei-  
bergensium M. Joh. Gottlieb  
Bidermanni.

1747. 1) de montibus Musarum domi-  
ciliis.  
— " 2) de mutuis familiarum elector.  
Sax. et Bavariae connubiosis.  
— " 3) omen in nomine Georg. Sam.  
Asteri Consul. Freyberg.  
— " 4) ratio laborum scholasticorum  
in Gymnasio Freybergensi ad  
huc suscepitorum.
1748. 5) Meletematum philolog fascio II.  
— " 6) de templis Concordiae et Pacis  
— " 7) de Frenarchis  
— " 8) cur homines montani passim  
male audiant.  
— " 9) de latinitate Maccaronica

1748. 10) cur multi melius scribant  
quam loquantur et contra
- . 11) de Josephis
- . 12) de veterum vocalis grammaticis
- " 13) de meritis domus Saxonicae in  
pacem Westphalicam
1749. 14) de lapidum aucti*e* diuino ex an-  
tiquitate.
- " 15) quid velit et possit rerum con-  
cordia discors ex Horat. L. I.  
Ep. XII. 19.
- " 16) Acta semestria scholastica
- " 17) Meletemat. philolog. Fas. III.
- " 18) de vita musica ad Plauti  
Mostell. Act. III. Sc. II. 40.
- " 19) de Diis mensalibus.
- " 20) de animalium studio immane  
loquendi ex Ovid. Metamorph  
v. 678.

1749. 21.) de summo bono ex Senten-  
tia Salomonis Coher. v. 8.  
— " 22.) de nummis Freybergensibus.
1750. 23.) de vocum hebraicarum  
significatione morali.  
— " 24.) de eruditis male habitis.  
— " 25.) de Aesculano fodinarum me-  
tallicarum Deo.  
— " 26.) Meletemāt. philolog. fasc. IV.  
— " 27.) de fffelasticiis.  
— " 28.) de virga medica ad Stat.  
Thebaid. II. II.  
— " 29.) de nudis et sine mentesomis.  
— " 30.) de fortuna primigenia.  
— " 31.) de vōgā Ḡdi vōtīgwa ex  
Epist. Iudea v. 12.  
— " 32.) de coronatis puerpara-  
rum adibus

1751. 33. de Sanctis Acephalis.  
— " 34. de iis qui ex ordine sacro  
in Scholasticum transferunt  
— " 35. de nominum religione  
— " 36. de Anastasi Dea noua et  
peregrina Actor. XVII. 18.  
— " 37. Comment. I. memoriae disci-  
pulorum extraneorum in Schola  
Freibergensi versatorum  
— " 38. de ære seminato.  
— " 39. Comment. II. memoriae disci-  
pulorum extraneorum in  
Schola Freibergensi versatorum.  
— " 40. finijs Guidermissa dux fulguris.  
— " 41. de spe Fideorum desperata  
— " 42. que sit injuria felix ex Clau-  
dian. in IV. Consulat. Honor.  
v. 612. ff.

1752. 43. de montibus ardentibus  
iisq; bibliis
- 44. Commentatio III. memoriae  
discipulorum extraneorum  
in Schola Freibergensi ver-  
satorum.
- 45. de mendis librorum et nomi-  
natim Bibliorum hebraicorum  
diligentius cavendis
- 46. de fabulosa de VII. dormien-  
tibus historia.
- 47. de sacris mensis Augusti
- 48. de Halgeonius senectatis ad-  
mirandis.
- 49. de arte obliuiscendi
1753. 50. de sacris nefandis Ethnorum
- 51. Commentat. IV. memoriae

discipulorum extraneorum in  
Schola Freibergensi versator.

1753. 57. bonum nomen Sal. Frid. Sey-  
fridi Consul Freiberg.

— " 53. I. Abhandl. von Ganguiuzu.

— " 54. de reliquis eruditorum.

— " 55. II. Abhandl. von Ganguiuzu.

— " 56. Comment. V. memoriae discipu-  
lorum extraneor. in Schola  
Freyberg. versator.

1754. 57. III. Abhandl. von Ganguiuzu.

— " 58. de Eusebianis

— " 59. Comment. VI. memoriae discipul.  
extraneorum in Schola Freiberg  
versator.

— " 60. de memoria mea Ganguiuzu  
h.e. de sorte sua haud conten-  
tis Epist. Jud. v. 16.

1754. 61. de Summo Deo.  
— " 62. IV. Abhandl. von Bergmännern.  
1755. 63. Specimen nominum Deo go  
gew.  
— 64. Coment. VII. memoriae discipu-  
lorum extraneorum in Schola  
Freibergensi versatorum.  
— 65. de characteribus corpori im-  
pressis  
— " 66. prog. II. de eadēi materia.  
— " 67. de Caenotaphiis  
— " 68. Coment. VIII. memoriae disci-  
pulorum extraneor. in Scho-  
la Freibergensi versatorum.  
— " 69. Von den Bergmännern nach  
Dresden.  
— " 70. Von den Bergmännern Landesvater.  
Religion und Vorsichtshandlung.

1756. 71. de Furtunalibus sub auspiciis  
um novi anni.
- " 72. de officio Praeceptorum et  
discipulorum Malach. 11.12.
- " 73. 1. St. Nachlaß von gallophoru  
m Frühburgum.
- " 74. Coment. ix memoriae discipu  
lorum extraneorum in Scho  
la Freiberg. versatorum.
- " 75. V. Abhauß; von Burgmünzau.
1757. " 76. de Luca veterum Dea piacu  
lari
- " 77. examen vernale ex Genes.  
xxx. 41. 42.
- " 78. de audacibus diatribis
- " 79. de diis dormientibus.
1758. 80. quomodo solemur fatis  
contraria fata.

5

MELETEMATVM  
PHILOLOGICORVM  
FASCICVLVS II.

---

QVIBVS PRAEMISSIS

AD

ORATIONES PVBLICE HABENDAS  
*PATRONOS ATQVE FAVTORES*

INVITAT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN

RECT. GYMN.

---

FREIBERGAE,

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEI.

V.

**V**T fidem publice datam a) liberem, et eorum monitis obse-  
quar, qui Tiguri, b) Altonae, c) Gryphiswaldae d) &c. res lit-  
terarias nouissime publicatas exponunt, nouam particulam  
operis huius tessellati cum beneuolo lectore communicabo.

I. Notissima est Hebraici sermonis indeoles, quum unum idem-  
que nomen graui de causa repetitur. Quam loquendi rationem  
Reduplicationem Grammaticorum filii adpellare consueverunt, quip-  
pe quae vel *rem continuatam* repraesentat, e.g. *Deut. II, 27. VII, 22. XVI,*  
*20. XXVIII, 43.* vel *distribuendo* inseruit, e.g. *Gen. VI, 2. 9. XXXII,*  
*16. Deut. XIV, 22.* vel *adfectum et emphasi* exprimit, e.g. *Gen.*  
*XXII, 11. Pf. XXII, 2.* vel denique *diuersitatem* innuit, e.g. *Deut.*  
*XXV, 13. 14. XXXII, 7. Pf. XII, 3. LXXXVII, 5.* Et ad hanc posterio-  
rem significationem probandam GLASSIVS, e) BVXTORFIVS, f)  
et BREITINGERVS g) haud pauca exempla Hebraica in medium  
proferunt. Quibus iam duo Graeca ex tabulis noui instrumenti  
subiungere licebit. *Io. I, 16.* inter beneficia Saluatoris recens nati  
refertur, quod ex illius plenitudine acceperimus χάρην ἀντὶ χάριτος.  
Quo sensu prior illa gratia ad vetus, posterior autem ad nouum  
testamentum spectat; quod ex sequenti versu 17. liquido apparet.  
Neque alienus est locus *Rom. I, 17.* ubi à iustitia nostra requiritur,  
ut procedat ἐν πίσεως της πίστως, ex fide (qua legem colimus) *ad fidem*  
(qua euangelium complectimur.)

II. Particulam Hebraicam וְנָשׁ duplicem sensum admittere, et  
cum a se ipso, tum etiam a nobis, significare, ex Grammaticis con-  
stat. Quae confusio efficit, ut diuersi interpretes diuersam huius  
dictionis explicationem sequantur. Id quod iam duobus exemplis  
euincemus. LVTHERVS verba *Gen. III, 27.* vertit: *Adam ist worden כִּי־הָיָה מִנְחָרָהals unser einer.* Contra vero celeberrimus Goet-  
tingensium doctor publicus, IO. FR. COTTA, g) alteram significa-  
tionem praefert, ita transferens: *Ecce Adam factus est sicut unus*  
(aliquis) *ex se ipso*, i.e. exlex, sui, ut putauit, iuris, qui, excusso ob-  
sequii

a) in Progr. I Naumb. 1746.

b) in Ephemerid. litter. Tigur. 1746.

c) in Nou. Litter. Alton. 1746.

d) in Relat Pomer. 1746.

e) Philol. S.

L. III. Tr. I. Can. 4.

f) Thesaur. Grammat. L. II. cii. p. 318.

g) De idio-

tium. Serm. H:br. p. 2.

lequii iugo et freno, a nemine vult dependere. Alter locus esto  
Ie. LIII, 3. qui abieftissimam patientis Christi conditionem veluti  
viuis coloribus depingit, et inter alia eum כמתחר פנים ממן re-  
præsentat. Quae quidem verba Lutherus ita explicat: *dass man*  
*das Angesicht vor ihm verbarg.* Quia vero hac ratione ellipsis no-  
minis איש i.e. quisque, statuenda est, quam non sine graui caufa no-  
stræ aetatis critici circumspecte declinant: alii hunc sensum for-  
mant: *fuit Messias, tanquam occultans faciem a nobis.* h)

III. Aliud מהם viderur esse, quod legitur, Ps. XXXVIII, 4. 8.  
Ie. I, 6. aliud, quod reperitur Iudic. XX, 48. Ibi enim illam cor-  
poris partem notat, *in qua integritas inest*, omnibus numeris abso-  
luta: et hoc sensu ab radice מהם originem ducit. Hic vero *infi-*  
*gnum hominum multitudinem* repreſentat, ex מהם homo mortalis, de-  
ducendum, et collectiōnē instructum, quale in dictionibus ירְם,  
שָׁלָם, עֲרֵם &c. occurrit.

IV. Quae altero abhinc anno Lubecae publicam lucem adspexit  
PETR. HANSENII *Explicatio Proverbiorum Salomonis*, ita est com-  
parata, ut palmam aliis facile dubiam reddat, et Sum, Reu. auctoris  
ingenium atque industriam luculenter prodat. Quemadmodum  
vero Vir cel. ipse pro sua modestia in libri præfatione veretur, ne  
multa supersint tenebris et spinis obfessa: ita, accenso hoc Pharo, et  
via monstrata, facile erit et expeditum, ulterius progredi. Pericu-  
lum faciamus, posteriora duodecim capita perlustraturi, et ex sin-  
gulis non nisi unicum scrupulum prolaturi. Cap. XX, 18. verba:  
הַשְׁבָּתוּ בְּעִצָּה הַכֹּן ita transfert HANSENIVS: *Sind Gedanken*  
*da, so wird eine Sache bey Rath bestehen.* Iam vero, ut nihil de eo  
dicam, quod posterior loquendi formula admodum sit obscura:  
certe ne vestigium quidem alicuius negotii vel caufae hoc loco  
adparet. Et, si ordinariam dictionem רבר subintelligere velis, qua  
res exprimitur, non הַכֹּן, sed יְכֻן dicendum fuisset. Rectius igitur,  
veres: *per multam prudentiam in consilio confirmaberis.* Cap. XXI,  
27. *Das Opfer der Gottlosen ist ein Greuel: es ist es auch dann, da-*  
*fern es bey Sorgfalt (בָּזֶבֶחַ) gebracht wird.* Verborum posterio-  
rum sensum uix Oedipus adsequetur. Multo autem conuenientius

h) M Sam. Godfr. Werner Meditatt. sacr. p. 142. lqq.

Ita transferenceus: *Vielmehr, (vvird es ein Greuel seyn) vvenn sie es  
bey boesen Vorhaben opfern.* Vis exemplum? Lege Num. XXIII, 1.  
sqq. Constat enim, vocabulum זמה innuere scelus summo studio ex-  
eogitatum. Cap. XXII, 19. בְּהִוָּה סְכַתְּחֵךְ. An Gott zu han-  
gen, da du dich von deinen Vertrauen entfernest. Quae versio quam  
manca sit et hiulca, nemo non subodoratur. Fallitur autem inter-  
pres, existimans, הַזְמָה hoc loco esse praesformatiuum, nominis pre-  
missum; quum sit heemanticum dictionis, quod non solum  
ablentia dagesch fortis, sed etiam ratio punctorum euidenter de-  
monstrat. Neque vero tam insolens est nomen, quippe quod  
auctor ipse Prou. XIV, 28. agnouerat. Vertamus ergo: *Vi sit in  
Iehoua fiducia tua, &c.* Cap. XXIII, 20. בְּהִלְיָה בְּשֶׁר לְמַ  
HANSE-  
NIVS: *Vnter denen Fressern, denen das Fleisch am Herzen liegt.*  
Quis, quaeſo, niſi commentario instructus, hac paraphraſi lurones  
et helluones, gulac feruientes, indicari, ſibi persuadebit? Et eur sta-  
tus conſtructus a nomine ſequente בְּשֶׁר diuelliſtur? Dicit Auctor  
cel. accentuum habendam eſſe rationem. Cur vero alibi, e.g. hu-  
ius ipſius capitis commate ſecundo hanc diſtinctionem praeterit?  
vbi vnuſ idemque accentuum poſitus reperitur. Cap. XXIV, 8.  
*Wer dem Boefen nachſinnet, einen ſolchen (vvird dieſes begegnen.)*  
*Man vvird ibn einen Meijſter der Bubenſtücke nennen.* Miraris du-  
riorem ellipſin. Et ego miror. Noſter quidem interpres denuo ad  
accentus prouocat. Sed perperam. Rhiae enim geretato ma-  
iore vim diſtinguendi tribuit, quam Athnacho: quod quam ini-  
que faciat, tirones huius artis norunt, qui nondum aere lauan-  
tur. Muſto felicius noſter Lutherus expreſſit: *Wer ihm ſelbst  
Schaden thut, den heißt man billig einen Erz-Böſewicht.* Cap.  
XXV, 13. vocabulum צְנָה Hanſenius mutat in einen Schnee-  
Schirm: quo quid signet, ignorares, niſi in nota ſubiuncta  
ex ſuo ingenio ſuſcipiſt, umbracula (Gallis Parasols vo-  
cata) niue conspersa et ad refrigerandum adcommodata, indica-  
ri. Notat vero צְנָה ſלְג ex Arabicā lingua aſſeruationem niuis,  
i.e. aſſeruatam niuem. Neque eſt, quod Auctor in notis ſubne-  
xis diſputet, daß das Ebr Wort צְנָה nirgends in der Schrift die  
Bedeutung des Schnees habe. Expresso enim nomine גָּלָשׁ additur.

Cap.



*Cap. XXVI, 9. עלה מם; ein hervorragender Stachel in der Hand, etc.*  
Quo nomine, vti in notis differit, instrumentum aliquod acutum,  
et ad nocendum idoneum significari, existimat. Sed cur proprius  
huius vocabuli sensus deseritur, nulla cogente necessitate? Et  
quis habet, quod desideret in Lutheri versione: *Ein Dornzweig  
der in die Hand sticht?* Cap. XXVII, 4. *Grausamkeit der Hize und  
Heftigkeit des Zorns* (wird man bey demselben antreffen.) En  
monstrosum parenthezin! Fontes ira fluunt limpidissimi: *Embrennen ist was grausames, und Zorn ist wte eine Fluth.* Cap. XXVIII,  
27. *רַב־מָרָה* HANS. *Die verden Dürftigkeiten genug haben.*  
Quid hoc loco Auctor vel ante oculos vel in mente habuerit,  
hariolando ego diuinare non possum. Namque, consentientibus Lexicographis,  
*מָרָה* significat maledictionem. Quare  
vertamus: *multis obnoxius erit maledictionibus.* Cap. XXIX, 13.  
*אִישׁ חֲכָמִים* ein Mann, der Weitläufigkeiten vorhat. Nemo fe-  
re, haec legens, tam emunctae erit naris, vt subodoretur, hac ima-  
gine virum ad fraudes acutum et callidissimum innui, nisi ex sub-  
iuncta nota hanc suppleat explicationem. Cap. XXX, 31. *וּזְיוֹן* satis  
audacter Interpres nouus vertit: *ein gepurzt Pferd.* Cuius ten-  
tentiae quamuis iamdudum duces habuerit (quos reticuit) BO-  
CHARTVM, IVNIVM, TREMELLIVM, PISCATOREM, FVLLE-  
RVM, et alios: tam obscurae tamen originis et naturae haec fuit  
bestia, vt perspicacissimi interpretes suam profiteri ignorantiam,  
quam falli et fallere velint. i) Cap. XXXI, 26. *זהות חסד das  
Gebot der Annehmlichkeit.* Vnde, quaeſo, Hansenius vocabulo *חסד*  
notionem iucunditatis conciliabit? Et cur non *pietatis et miseri-*  
*cordiae* sensu illud expressit, quem aliis in locis eidem vendicauit?

V. Decantatissima est, et sexcentis exemplis, iisque cum pro-  
fanis tum sacris confirmata regula: *duas negationes apud Grae-  
cos fortius negare.* Quemadmodum autem nulla fere sine exce-  
ptione regula reperitur: ita etiam haec adnittit exceptionem. Quid  
enim clarius dici poterat quam hoc: οὐ διάμεθα ἡμεῖς, ἀ εἴδομεν κον-  
τησάμεν, μη λαλεῖν; i. e. *non possumus non loqui, quae vidimus*

X. 3

et

i) Cl. Io. Simon, in Area, Form. p. 687. spq.

et audiuius. Ad. IV, 20. Cui vnicō, quod ego noui, exemplo,  
nuper Cl. C.F. MVNTIHS duo exempla profana adiecit. k)

VI. Quum super nostris in nundinis artifex agyrtā multos spe-  
ctatores ad se pertraheret, et plurimorum in primis oculos in  
vitrum illud ductile et flexile conuerteret; in mentem veniebat  
singularis PLINII locus, l) ubi legitur, imperante Tiberio excogi-  
tatum fuisse viiri temperamentum, ut flexible esset: quo factō, ro-  
tiā artificis officinam abolitam, ne aeris, argenti atque auri me-  
tallis pretia detraherentur. Ex quibus verbis intelligimus, nou-  
tantum longe antiquissimam esse illam artem: sed etiam adeo  
hominum animos fascinasse, ut pretiosissima metalla uilipende-  
rent. Quare ISIDORVS addit, m) iussisse Caesarem, ut idem  
artifex capite priuaretur.

VII. Quoniam FREIBERGA nostra praestantissimi argenti pro-  
nentu multis abhinc annis adeo abundauit, ut, quod olim VIR-  
GILIVS de insula Ilua cecinit, n) videatur

in exhaustis generosa metallis:

de ipso nomine Metalli iam in medium nonnulla proferamus. Cel.  
GESNERVS in egregio Latinitatis Thesauro, cuius Tomus postremus  
adhuc prelum exerceat, hanc uocem a μεταλλῶ, deriuat, quod  
est, perscrutor. Idem aliam Plinii deriuationem in medium ad-  
ducit, Graecos metallū dixisse, quasi μετ' ἄλλα, post alia; quia, ubi-  
cunque una inuenta vena est, non procul alia inueniatur. Nobis  
adiungere licebit illam originationem, quam ETYMOLOGICVM  
MAGNUM p) et EVSTATIHS q) his verbis conceptam suppe-  
ditant: μέταλλον γίνεται πάρει τῷ μὲν, τὸ δητῶ, i.e. deriuatur a qua-  
rendo, quippe quod summo studio homines solent ruspari. Ab his  
plane alienam etymologiam VARINVS r) adserit, putans, μέταλλα  
πληθύντα δτω, δια τὸ μετά τὰ ἄλλα πάντα ἐπνοηθῆναι, ideo ita di-  
cta esse, quod post alia omnia sine animadueraſa.

VIII. Praecipue vero apud scriptores Graecos ἀγαθον μέταλλον  
commemoratur. Et quidem hoc nomine illud insigniebatur, quod  
insciis

k) in Grammatica Graeca, dialecto Danica nuper conscripta p. 292.

l) Hist. nat. L. XXXVI. c. 26. m) L. XVI. c. 10.

n) Aen. X. 174.

o) p. 271.

p) p. 580.

q) Iliad. A. p. 14. 8.

r) in Lexic. maga p. 1243.

infciiis rei metallicae praefectis publicis effodiebatur. Nemini enim licebat, metalla ex suo arbitrio fodinis eruere, nisi prius consilium praefectis aperuisset, qui in mandatis habebant, vt vicefima pars metalli reipublicae cederet, De quo argumento fuisus exponit IO.

POTTERVS. s)

IX. Vrum *Ele<sup>r</sup>rum* veterum cum eius generis metallo conueniat, quod *Tambac* nostra aetate adpellatur, et cuius mirabilis copia in officinis Freibergensisibus elaboratur, illi examinent, quorum notitia et opera in explorandis metallis versatur. Ex auro enim, quod cum argento mixtum erat, veteres tertiam metalli speciem componebant, *Ele<sup>r</sup>rum* dictam, satius ducentes, haec metalla ita, ut erant, mixta et confusa seruare, quam ea secernere: quoniam pluribus et praestantioribus virtutibus hoc *ele<sup>r</sup>rum*, quam ipsum aurum purum, praeditum esse, sibi persuadebant. Certe imperante in Gallia rege Ludovico XII. hanc metalli speciem ad fabricanda omnis generis vasa adhibitam fuisse, LVD. SAVOTVS t) testatur. Imo HOMERVS Menelai domum regiam fuisse canit u)

χειρος τ', ἡλέκτρας τε, καὶ ἀργύρος, ἥδος ἐλέφαντος,  
auro, electro, argento atque ebore.

Et monetas ex electro olim cunas fuisse ac signatas, ex historia Imperatoris Alexandri Seueri constat. w)

X. Sed ex fodinis ad scholam revertimus. In monumentis veterum legitur nomen *Antesebolanorum*, *Proscholorum*, et *Proscholiorum*. Nostrum erit, querere, quae horum fuerit dignitas, quaeve officia? Illorum PETRONIVS, x) horum AVSONIVS y) facit mentionem. Quamvis vero nomine discrepant, officio tamen conueniebant. Et ita quidem ii apud Graecos dicebantur, qui non tam docendis, quam ad mores comprehendendis pueris praefecti erant, eosque idemtide commonefaciebant, vt composito gestu, concinno vestitu, et decoro incessu ad magistrum accederent. Iocus enim, qui ante auditorium erat, *proscholii* nomine adpellabatur, ab ipso auditorio, velo intercedente, disiunctus. Ibi pueri conueniebant, prius a proscholo lustrandi, quam, letrato velo, introirent. Et hac de caufa ille etiam κοσμητης cognominabatur, cui scilicet id negotii

datum

s) in Archaeol. Graec, L. V. c. 23.

Δ. 73.

w) Lamprid. in Alex, Seu, c. XXV.

y) ad Prof. Burdegal, 22.

t) de Numis antiquis, c. 9.

u) Odys.

x) LXXXI.

Datum erat, ut tirones litterarios non solum ad schoiam frequentandam adduceret, sed etiam ad morum elegantiam formaret.

In vitroque ii iuvenes adhuc strenue contenderunt, qui nunc prima vice in scenam prodeunt, sub auspicio inuenientis anni pietatem et studia iis publice declaratur, quibus gloriam obsequii et amoris sese debere omnino intelligunt. Tantum enim abest, ut ferias, quae in plerisque scholis sub annorum discriminis intercedant, scholasticas male collocarint, ut potius, etiam intra priuatos parientes sese cum Musis conniversari, publice nunc faciant testatum. Quod quin et Deo gratum sit futurum, et scholae nostrae Patronis probatum, ego non dubito. Nam, quemadmodum illi iuvenes, qui post solemnum diuinae legis publicationem a Mose feligebantur, ut in altari recens exstructo primi sacrificia eucharistica Deo immortaliter offerrent, 2) sui nominis sanctam et immortalem memoriam consernarunt: ita nouelli nostri oratores, Deo sub noui anni exordium primas in officina scholastica gratias persoluturi, suisque et nostris Patronis et Fautoribus gratulaturi, negotium suscipere videntur ab suo officio haud alienum. Et primo quidem loco gratulabitur

IO. IAC. WELLE R, Leuba-Sax.

Latino sermone *Regiae domus et Magistratum dignitatem, ornamenta et felicitatem summo rerum humanarum praefidi atque arbitro piis votis commendaturus. Quo facto*

CAR. SIGMVND. BIDERMANN, Naumburg, Misn.

rhythmis Latinis uenerandois huius loci sacerdotes compellabit, illisque pietate adductus, ea comprecabitur, quae et gravitas et sanctitas huius ordinis exigere videntur. Deinde

CAR. FRIDR. RICHTER, Geyssinga Sax.

versibus Germanicis pro ordine oeconomico preces et vota faciet, et, ut ciuium salutem Deus immortalis curae cordique habeat, supplicando orabit. Tandem

IO. GOTTL. GVIL. DOMINICVS, Crimnitschau.

Gallica oratione *scholac et commilitonum florem Patri caelesti commendabit, fausta queuis lecissimo huic Musarum domicilio ominaturus.*

Vestraru, PATRONI et FAVTORES, gratiam, Vestruruque studium quo luculentius anno elapso perspeximus, eo religiosius imposuerum Vestruru in literas amorem coelemus, non dubitantes, quin praeferant Vestrura longe honoratissima cras, hora ante meridiem nona, per gulas nostras sitis condecoraturi. P. P. Freilergae. MDCCXXXVIII.

a. d. III. Ian.

Yb 627  
(1180)



VD 18



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



MELETEMATVM  
PHILOLOGICORVM  
FASCICVLVS II.

QVIBVS FRAEMISSIS

AD

ORATIONES PVBLICE HABENDAS  
PATRONOS ATQVE FAVTORES

INVITAT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN

RECT. GYMN.

FREIBERGAE,

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEI.

V.